

ipsoꝝ statuta et ordinationes sicut in preiudicium  
ecclesiastice libertatis edita fuerant. omnino reuo-  
carent et de luce tollerent. qꝯqꝯ secūdum ea amplius  
nō indicarent nec sententias dictarent. aut eisdem in  
iudicio vꝫ extra iudiciū quomodolibet pro se et con-  
tra ecclesiasticam libertatem potirentur. Pronun-  
ciauit insuper et eadem imperiali decreuit auctori-  
tate. qꝯ quicumqꝯ laicus cuiuscunqꝯ status vel con-  
ditionis existeret. an su sacrilego et proprie temeri-  
tatis audacia. sacerdotem vel clericum secularem  
aut religiosum pꝯscriberet. captinaret. spoliaret. oc-  
cideret. mutilaret. aut in carcere detineret. ac huius-  
mōi maleficia pꝯpetrantes scienter receptaret. vꝫ fa-  
uorē eis prestaret. pꝯter penas a sacris canonibus et  
legalibus sanctionibus ei inflictas eo ipso redderet  
infamis. ac omni honore priuatus. nec ad placita  
vel consilia nobilium admitteretur quouismō. Hoꝝ  
tans insuper in domio et requirens prelatos in illis  
partibus constitutos. vt legem imperialem huius-  
modi per eorum ecclesias et Synodos publicarent  
ne transgressores huiusmōi per simulatam ignoran-  
ciā suas valerent malicias excusare. pꝯt in edictali  
lege predicta plenius continet. Cum autē sicut exhi-  
bita nobis pro parte venerabilis fratris nostri Epi-  
scopi Adisneñ et dilectorum filiorum cleri civita-  
tis et dyocesis Adisneñ peticio cōtinebat. adeo quo-  
rundam laycorum et dominorū temporalium civi-  
tatis et dyocesis Adysneñ. ac etiam in locis circum-  
nicinis habitancium malicia inoleuerit. qꝯ huius-  
modi imperiales constitutiones trangredi non ve-  
rentur. Et ecclesiasticas libertates violare pꝯfusa